





- 1 Melchioris Schmidij diss. de linguis sacris. 1685.  
 2. ioh: Bernh: Hahn diss. de appellatione lingue  
     Hebreæ, quia dicitur Sancta. 1712.  
 3. ioh: Henr: Höner diss. de voris quam Hebrei vocant  
     filia. 1673.  
 4. Valent: friderici diss. De filia voris. 1670  
 5. Henr: Liedert diss. de mandato scribendi novum testam: 1710  
 6. Joh: Henr: Lyr: diss. de usu lingue Syriae 1726.  
 7. ejusdem de historia lingue sanctæ 1726  
 8. Mich: Ghercke diss. de fama græcæ lingue. 1716  
 9. ioh: Bernh: Hahn diss. exhibens decadem obser-  
     vationum philologicarum, e litteratura Græca, Græco-  
     tianorum philologicarum, e litteratura Græca, Obser-  
 10. ejusdem, de appellatione Lingue Græcæ, quia dicitur sancta 1715.  
 11. ejusdem, diss. exhibens decadem observationum  
     philologicarum e litteratura orientali. 1715.  
 12. Bernh: von Sarden diss. de Aora, 1709.

DISPUTATIO INAUGURALIS,  
*Exhibens*  
**DECADEM**  
OBSERVATIONUM PHILO-  
LOGICARUM, & LITERATURA  
ORIENTALI DEPROMPTARUM,

*Quam,*  
JEHOMA FELICITER JUVANTE,  
EX PRÆSCRIPTO STATUTORUM ACADEMICORUM  
IN REGIA PRUSSORUM ACADEMIA,  
**PRO LOCO ORDINARIO**

Professionis Lingvæ Ebrææ ac reli-  
quarum Orientalium,

*publica atque solenni Eruditorum ventilationi  
more Majorum submittit*

PRÆSES

**M. JOHAN. BERNHARDUS HAHN,**

Lingvæ S. ac Oriental. haetenus Extraordinarius,  
jam verò Ordinarius Professor,

RESPONDENTE

**CONRADO THEOPH. MARQUARDT,** Dolst. Pruss.  
IN AUDITORIO MAXIMO,

*Anno M DCC XV. die III. Octobris, Horis ante- & pomeridianis.*

PATRI PATRIÆ,  
AUGUSTISSIMO, SERENISSIMO atq; PO-  
TENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

**DN. FRIDERICO**

WILHELMO,

REGI BORUSSIÆ,

MARCHIONI BRANDENBURGICO,  
S.R.I. ARCHI-CAMERARIO ET ELECTORI,  
SUPREMO ARAUSIONensi, VALLANGINensi ET NEO-

COMENSI PRINCIPI,  
MAGDEBURGI, CLIVIÆ, JULIÆ, MONTIUM,  
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM, VANDA-  
LORUM ET MEGAPOLIS, ITEM IN SILESIA, CROSNAE

D U C I ,

BURGGRAVIO NORIMBERGENSI,  
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ, CAMINI,  
VANDALIÆ, SVERINI, RACEBURGI & MEURSÆ,  
COMITI HOHENZOLLERIÆ, RUPINI, MARCÆ,  
RAVENSBERGÆ, HOHENSTEINII, TECKLENBURGI,

LINGÆ, SVERINI, BURÆ & LEERDAMI,

MARCHIONI VEHRÆ & VLissingæ,  
DYNASTÆ RAVENSTEINII, ROSTOCHII, STARGARDIÆ,  
LAUENBURGI, BUTOVIAE, ARLAÆ AC BREDAE, &c. &c. &c.

**REGI AC DOMINO SUO LONGE CLEMENTISSIMO,**

Disputationem hanc Inauguralcm, quā Professionem Ordinariam Lin-  
gvarum Orientalium, super gratiosissimè collatam, auspica-  
tur, in subiectissime devotionis ac gratitudinis tignum, cum ser-  
ventissimo Regia felicitatis vero, beni illius.

בשמה ומן ישוע משיחא:

## OBSERVATIO I.

**L**INGVA SANCTA EBRÆA omnium, quotquot à mundo condito extiterunt, lingvarum, Nobilissima, Præstantissima atque Excellentissima jure meritoque dicenda est.

## OBSERVATIO II.

**L**ingvam Ebræam omnis ambiguitatis expertem esse, contra Pseudo-Criticos & larvatos nonnullos Philologos affirmamus, non attento Rabbinorum axiomate: **שכעים פנים לתורה**

## OBSERVATIO III.

**L**ingva Ebræa homini non est naturalis, aliàs enim omnes homines ad minimum bilingves essent, gnari scilicet, præter ascititiam lingvam vernaculam, naturalis etiam lingvæ, Ebraicæ: imò ad eam descendam magis proclives essent homines, quam quidem experientia quotidiana proh dolor! testatur.

## OBSERVATIO IV.

**C**haldaicam Lingvam Dialectum Ebraicæ certo respectu dici posse, concedimus quidem; illis tamen plane non adstipulamus, qui afferunt, Ebraicam, Chaldaicam, Syriacam, Samaritanam, Aramicam & Æthiopicam, unam sacram Lingvam Orientalem esse.

## OBSERVATIO V.

**L**ingva Syriaca vocatur *Maronitica* à Maronitis, eadem in Sacris suis utentibus: Utrum verò hi à vico Syriae *Maronia*, an verò à Marone quodam ita appellati fuerint, non adèd constat. Hanc verò lingvam Syriacam Maroniticam Salvatori nostro olim vernacula fuisse, non sine fundamento in dubium vocatur, cum multæ dentur voces à Christo adhibitæ, quæ ex hac lingva exponi nequeunt.

## OBSERVATIO VI.

**A**Rabicam Lingvam omnium Uberrimam esse, non dubitamus afferere: An verò hæc lingva Libri Jobi Originalis dici mereatur, in conflictu videbimus.

OB-

## OBSERVATIO VII.

**S**cheva Ebraeorum, *Minister vocalium* WAS M U-  
THO dictum, à R. SAM. ARCUVOLTO  
in שׁוֹגֵת הַבְשָׂר servus ser-  
vorum; ex quo titulo, quem Scheva cum Pontifice  
Romano communem habet, Cel. SCHERZER US  
jocandi ansam sumpsit, vocandique idem Scheva, *Papam*  
*Grammaticum*. Nomina porro, quæ KECKER-  
MANNUS huic puncto imposuit, vocans illud *An-  
cillam & Pedissequam*, *Veredarium & Satellitem reliqua-  
rum vocalium*, der anderen Vocalium Post-Reuter/  
officium ipsius Scheva non incongruè exprimunt.

## OBSERVATIO VIII.

**N**omen Evæ, matris primæ, חוה nonnulli à  
radice Chaldaeis inprimis usitata. חוח Loqui,  
Indicare, derivandum esse asserunt, quod ex  
videmus, ubi haec ad Gen. III. habentur  
זקרא את שמה חוה על שם שמהו זקרא שאמרו  
verbæ: י' קבן שורה ודו לערם תשעה נטל נשים  
: i.e.  
Et vocavit nomen ejus Chavva, quia (munitum) loquitur:  
& hoc est, quod dicunt: Decem cabi garrulitatis descendere-  
runt in mundum, novem sustulerunt mulieres. Verum  
huic derivationi ipsa S. Scriptura contrariari videtur,  
dum Gen. III. 20. genuinam denominationis hujus  
causam affert, quod scilicet Adam uxorem suam voca-  
verit

6

verit **חוֹרֶת**, quia ipsa Mater esset **oּמָנָה** vi-  
ventis. Unicum, quod hic superesse dubium videtur, illud  
est, unde litera ו loco ו accesserit, cum radix sit **חוֹרֶת**, in Piel, *In vita conservavit*: sed huic quoque  
occurrit **רְאֵעַ**, Permutationem harum literarum, alias  
fatis frequentem, hoc loco statuens, dicendo; **חוֹרֶת** מתחלפיים:  
Qualis permutatio literarum harum in hoc  
Nomine juxta nonnullos ideo facta est, ne Nomen  
Evæ **חוֹרֶת** confunderetur cum **Besṭiam** indi-  
cante, prout idem **רְאֵעַ** innuit his verbis: **לא קרא ביוֹר** כוּן שמה ובין שם **חוֹרֶת**:  
כ' מה הפרש יש בין שמה ובין שם **חוֹרֶת**:

## OBSERVATIO IX.

**V**Ox Syriaca *Diem* denotans, **וּמָן** duplicitem  
terminationem pluralem agnoscit, scilicet **וּמָן**  
& **וּמָתָת**, non tamen properea duplicitem quo-  
que significationem infert, ita, ut **וּמָן** adhibeatur in  
oratione, quando de diebus denarium non excedenti-  
bus sermo est, **וּמָתָת** verò de pluribus, quam de-  
cem diebus usurpetur. Cuicunque enim datum est,  
Novum Testamentum Syriacum legere, is facile falsi-  
tatem hujus asserti deprehendet: Actor. I. 3. de die-  
bus *Quadraginta* sermo est, & nihilominus vox **וּמָן**  
abhibetur, quæ etiam occurrit Apoc. XI. 3. ubi *Mille*  
dies indicantur. Sic quoque adiunt loca, in quibus  
**וּמָתָת**

<sup>7</sup>  
יּוֹמָה וְנִמְנָה de paucioribus , quam decem diebus sumitur , qualia sunt v. g. Apoc. XI. 9. ubi *Trium* dierum injicitur mentio ; Act. XX. 6. & XXIV. 1. ubi de *Quinque* diebus sermo est ; Act. XX. 6. & XXI. 4. ubi *Septem* dies memorantur ; Act. XXV. 6. ubi dicitur , quod manserit Festus ibidem *תְּמִנָּה אֲוֹעֵרֶת* diebus Octo aut Decem . Ex quibus & aliis pluribus locis luculentissimè apparet , indifferenter accipi hæc duo pluralia , nullumque discrimen inter ea fингendum esse .

## OBSERVATIO X.

**F**uturum Ebræorum sæpiissimè pro Imperativo summi , ipsis tyronibus Lingvæ sanctæ notum est : ut mirum sit , THOMASIUM Halensem , Legem de homicida capitaliter plectendo Gen. IX. 6. Legem Positivam Universalem esse , negantem , inter alias rationes , hanc primo loco adducere : *In Textu Hebraico esse Futurum , non Imperativum* ; qua ratione etiam utitur , Legem de Imperio Mariti Gen. III. 16. in dubium vocaturus , ita in Observat. Hal. scribens : *In Ebræo est , & dominabitur ibi : est ergo Futurum , non Imperativus* . Facerem sane , quæ mei sunt officii , hujusque rationis Thomasianæ nullitatem , vel ex Wasmuthi Reg. XXII. ostenderem , nisi otium mihi hac in re fecisset Juris-Consultus Gryphiswald. DN. PHIL. BALTH. GERDES , qui Juris-Consultum Halensem pro merito castigavit , ejusque sententiam hisce refutavit verbis , quæ ad-

adscribi merentur: Qui limina Lingue Hebraica salutavit, ei constabit, futurum ex genio Hebraicae Lingue habere vim Imperativi. Praecepta Decalogi, v.g. Non habebis Deos alienos in conspectu meo, non Occides, non Mæchaberis, &c. quin Leges forenses multæ & ceremoniales Judæis à DEO data, quas Thomasius pro veris legibus agnoscit, per futurum tempus exprimuntur. Neque tamen quisquam, qui indolem Lingue Hebraicae callebat, unquam negavit, præcepta ista vere esse leges. Miretur ergo quispiam merito, quod Thomasius, hospes in hac lingua, recepta dogmata ex fonte Hebreæ lingue audeat reformare. Vid. Index nonnullarum Erroriarum Doctrinarum ex Thomasi Fundam. Jur. Nat. & Gent. selectarum, hoc anno à laudato GERDESIO Gryphiswald. edit. pag. 16. Optandum esset, ut quilibet, juxta Monitum Paulinum, permaneret in iis, quæ didicit, sibiique dictum quoque putaret esse illud: Ne tutor &c.

וְיַהֲוֵה אֱלֹהֵינוּ מֶכְרֶךָ לְשִׁילָּס וְעַד  
אָמֵן:




00 A 6445



56.

R 1017 FL 96.





DISPUTATIO INAUGURALIS,  
*Exhibens*  
**DECADEM**  
OBSERVATIONUM PHILO-  
LOGICARUM, & LITERATURA  
ORIENTALI DEPROMPTARUM,  
*Quam,*  
JEHOOVA FELICITER JUVANTE,  
EX PRÆSCRIPTO STATUTORUM ACADEMICORUM  
IN REGIA PRUSSORUM ACADEMIA,  
**PRO LOCO ORDINARIO**  
Professionis Lingvæ Ebrææ ac reli-  
quarum Orientalium,  
publica atque solenni Eruditorum ventilationi  
more Majorum submittit  
PRÆSES  
**M. JOHAN. BERNHARDUS HAHN,**  
Lingvæ S. ac Oriental. haec tenus Extraordinarius,  
jam verò Ordinarius Professor,  
RESPONDENTE  
**CONRADO THEOPH. MARQUARDT,** Dolfst. Pruss.  
IN AUDITORIO MAXIMO,  
*Anno M DCC XV. die III. Octobris, Horis ante- & pomeridianis.*